

corp. dicens: Deus non praedestinat, nisi in quantum est aliquid, praecipue etiam & dicitur, per quam ille, qui in suum, infallibiliter dirigitur: ab alio separatur, qui non hoc modo in suum dirigitur. Et autem separatio non est propter diversitatem aliquam inveniendam in his, qui separantur, qui posse ad amorem incitare, quae antequam nati essent, aut aliquid boni egissent, aut mali, dicitur esse: Jacob dilexi, Esau autem odio habui: ut dicitur Rom. 9. Et illo praedestinato praesupponit electionem, & distinctionem, electio vero distinctionem.

VIII. Tertio probatur. Provifor, qui non determinat eventus rerum, sed illos supponit jam determinatos, & in omni combinatione independentem a suo arbitrio ex sola intrinseca veritate vel fauore, & nil aliud in se habet, quam ex omnibus illis combinationibus futuris, prout erit: conditionem, & eligere ex illis eam, quae sibi magis placet: Vel Provifor non est, sed potius minister, vel executor eius, quod jam factum, & ordinatum est: Vel Provifor valde imperfectus, & non Divinus: Sed talis est Deus in sententia contraria: hinc enim, antequam quid decerneret, proponitur per scientiam mediam omnes eventus sub quacunque conditione, ac statu, ut determinate futuri ex sola intrinseca veritate rei, solumque illi liberum est ex illis objectis jam determinatis eligere unum, purificationis conditionem; ergo &c.

Major explicatur exemplo Davidis. Oblata est Davidi 1. Paral. 21. optio trium rerum jam decretarum a Deo, scilicet eligere, aut tribus annis famem, aut tribus mensibus bellum, aut tribus diebus pestem, illique solum relictum fuerat liberum, eligere unum ex illis tribus: qui de facto elegit triam diem pestem, & ceciderunt de Populo septuaginta millia virorum. Inquiri igitur. Electio unius ex his tribus jam a Deo determinata, illique proposita, fuit ne in Davide actus vere providentiae? Et si fuit: facta hac electione, ponit ne ad ejus providentiam reduci, quod moreretur potius, nisi, quam seminare, potius ferre, quam juvenes? Totum hoc certe fuit extra providentiam Davidis, quia supponebatur a Deo determinatum, non sibi proponebatur, arbitrio suo determinandum, sed solum ex eis jam determinatis eligere, quod velle, ut mandaretur executioni, iuxta determinationem ab alio factam, nempe a Deo. Vel ergo non erat in Davide providentia, vel valde imperfecta circa illud factum, quia multa proponebantur illi, non determinanda ab ipso, sed jam determinata ab alio principio.

IX. Nunc ad rem nostram. Si Deo proponantur omnes eorum combinationes, & omnes earum eventus, ut jam determinati ex intrinseca sui veritate, & independentem a sua ordinatione, immo ante omne suum decretum, & ad ipsum solum spectet optio eligendi, & acceptandi ordinem rerum, quem voluerit, & purificare conditionem, ut executioni mandetur, qualis erit hac Providentia? Erit forte circa electionem hujus ordinis rerum praeter alio? Sed facta hac electione, & purificatione, omnia alia determinatio eventuum, & quod accidit hoc vel illud, hoc vel illo modo, non supponitur futura ex propria intrinseca veritate sua, omni alia ordinatione seclusa? Eiam si ergo, praeter illam Providentiam, & ordinationem in mente Divina, praeter illam purificationem conditionis, sui acceptationis ordinis rerum, res aequae, ac eodem modo accidit. Immo si Deus vult de illis habere aliquam Providentiam, quae certa sit, debet se conformare his, quae jam praevixit ex suis principis determinata, non vero agere ex arbitrio suo.

Quid autem imperfectus est, quae ex providentia, quae supponit res suas jam ordinatas, & determinatas ex alio principio; vel si ordinat aliquid, ordinare debet secundum id, quod jam ordinatum est: & etiam non ordinat, res aequae bene, & eodem modo accidit? Providentia, quae in sui ordinatione debet inspicere id, quod jam determinatum est, & cui res proponuntur jam ordinatae; ut eas mandet executioni, quid aliud est, quam ministrare, & executrix eorum, quae a creatura sua liberata statuta sunt, vel statuta praevidentur?

X. Dices tamen. Cognitio proponens finem cum plena cognitione mediorum, & comprehensione omnium, quae ad talem finem possunt concurrere, non eget aliqua voluntate, quae antecesserit ordinem dicta media in finem; sed omnis cognitio Divina, utpote comprehensiva finis, de facto proponit Divinae voluntati finem cum omni ordinatione mediorum, ergo non eget &c. Maj. patet. Quod enim nos, cognito fine, & volito, non statim cognoscimus, & velimus media, sed egeamus consilio, & inquisitione, procedit quia cognitio finis non est comprehensiva mediorum.

Resp. dist. maj. cum plena comprehensione mediorum determinate futurorum, & practica, non eget &c. conc. maj. cum plena &c. mediorum mere possibilium, & speculativa; neg. maj. Talis autem est cognitio Divina anteverrens omne Divinum decretum: cognoscit quidem omnes eventus, & omnesque combinationes, sed ut mere possibilis, & cognitione pure contemplativa, non practica; nec enim ante Divinum decretum supponitur aliquid determinate futurum, ut ostensum est; nec ea cognitione, utpote speculativa, futurum evadit. Quare, ut media sine de facto futura, & determinate ordinata ad finem, supponi debet voluntas finis: Nullus enim (ait D. Thom. 1. p. q. 22. art. 1. ad 3.) praecipit de agendis, praeter finem, nisi volens finem. Et q. 23. art. 4. non autem praecipitur aliquid ordinandum in finem, nisi praesistente voluntate finis. Nec tamen, sed secundum quod consilio voluntatis suae decrevit, dicitur Paulo Eph. 1. v. 13. praedestinati secundum praesentem suam, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suae.

XI. Porro discrimen inter Deum, & nos, non stat in hoc, quod Divina voluntas supponat media jam ordinata ex sua veritate objectiva, nostra vero ea ordinat, & praeparat ex voluntate finis, alias effectus non magis liberi, quam Deus: sed consistit in hoc, quod, licet tam nos, quam Deus ex fine volito moveamur ad volenda media, nos tamen pluribus actibus id facimus, Deus autem unico actu formaliter, & ex parte subiecti, vult finem, & media; unde in Deo non est ordo inter actus, sed solum inter objecta volita: nam, teste D. Th. 1. p. q. 19. art. 5. sicut in Deo intelligere causam non est causa intelligendi effectus; sed ipse intelligit effectus in causa: ita velle finem non est ei causa volendi ea, quae sunt ad finem; sed tamen vult, ea, quae sunt ad finem, ordinari in finem. Vult ergo, hoc esse propter hoc, sed non propter hoc vult hoc.

S. III.

Nostra solutio.

XII. Deo secundo. Providentia, & Praedestinatio formaliter consistunt in actu imperii supponente finem volitum, & media electa. Id expresse docet D. Th. haec 22. art. 1. ad 1. dicens: licet consistat non comparat Deo, secundum quod consilium est inquisitio de rebus alicui; tamen praecipere de ordinandis in finem, quoniam restat rationem habet, comparat Deo secundum illud Ef. 148. Praecipitum ponit, & non praeterbit: Et secundum hoc comparat Deo ratio Providentiae, & Providentiae. Et q. 23. art. 4. in corp. Praedestinatio (inquit) est pars Providentiae. Providentia autem, sicut & Providentia, est ratio in intellectu existens praecipere ordinandis aliquam in finem, ut supra dictum est (q. 22. art. 2.) non autem praecipitur aliquid ordinandum in finem, nisi praesistente voluntate finis. Unde praedestinatio aliquorum in salutem aeternam, praesupponit secundum rationem, quod Deus illorum vult salutem.

XIII. Probatur autem hac ratione. Ad Providentiam perfectam non sufficit, ad media finis volita, & disposita, sed requiritur, ut sint directa pro executione, & usu; ergo non sufficit ordinatio quaelibet dispositio voluntatis, ut eligat media, quae iudicata sunt convenientia ad finem, sed ulterius requiritur ordinatio intimans executionem, & usum ad extra: quod partem ad actum consequentem ad electionem, quale est imperium, non vero illam praecedentem, quale est iudicium. Ant. videtur certum: quia Providentia non ordinat solum ad ea, quae intra nos manent, sed ut ea, quae extra nos sunt, debite disponantur, & assequantur fines suos. Quousque enim ratio respicitur res, ut ad extra ponenda, non habetur tota effectus requisita ad perfectam providentiam: quia nondum concipiuntur subacta omnia impedimenta, quae obviare possunt executioni. Licet autem Deo nihil sit difficile, & arduum respectu ipsas ordinantis, tamen ex parte objecti, & affectionis finis in se, multa se offerunt vincenda, quae Deus tollit, non ceco, & naturali impetu, sed ratione; ordine; & Providentia, iuxta quod dicitur Judic. 9. v. 4. & 5. Tu enim fecisti prius, & illa post illa cogitasti: & hoc factum est, quod ipse voluisti. Omnes enim ovis tui parati sunt; & tua iudicia in tua Providentia passisti.

XIV. Secundo probatur. Providentiam praesertim Praedestinativam, consistere in actu imperii subiecti ad electionem, non vero in actu iudicii praecedentis, & regulantis electionem, ex D. Th. haec 1. p. q. 23. art. 4. Praedestinatio est Providentia, seu Prudentia specialis Dei circa hominum salutem, sed Providentia, & Prudentia principaliter consistit in actu praecipitivo, & ordinativo; est enim ratio in intellectu existens praecipere ordinandis aliquam in finem: & patet in Prudentia regali, cuius praecipuus actus est imperium intimans subditis executionem legis.

Tum etiam, quia S. Th. 2. 2. q. 57. art. 6. expresse docet, actum principalem prouidentiae esse praecipere, ideoque Eubuliam, quae est bene consultativa, & Gnomem, quae est bene iudicativa, adungi praesentia, tanquam secundarias principales. Circa agibilia (inquit) humana res actus rationis inveniuntur, quorum primus est consilium: secundus iudicium; tertius est praecipere. Primo autem duo respondent actibus intellectus speculativi, qui sunt inquirere, & iudicare, nam consilium inquisitio quaedam est. Sed tertius actus est proprie practici intellectus, in quantum est operativus; non enim ratio habet praecipere ea, quae per hominem fieri non possunt. Manifestum est autem, quod in his, quae per hominem sunt, principales actus est praecipere, ad quem alii ordinantur. Et ideo videmus, quod bene praecipitur, tanquam specialiter prudentia, tanquam principaliter consulantur, tanquam specialiter Eubulia, quae est bene consultativa, & Gnome, quae sunt partes iudicativae. Haec D. Th. Et quibus alia ratio formari potest licet, Providentia Praedestinativa, quae in ratione practica est, in eo actu ponenda est, qui vere est practicus, & intellectui practico correspondet: sed consilium, & iudicium correspondet potius intellectui speculativo; solum autem imperium intellectui practico proprie correspondet; ergo &c.

XV. Dices tamen, in iudicio regulante electionem distinguuntur formalitates. Unam regulantis, & secundum hanc praecedit electionem. Alteram imperantis, seu exequentis, & secundum hanc sequitur electionem. In iudicio autem secundum hanc formalitatem consistit Providentia, & Praedestinatio. Sed contra. Haec fecunda formalitas iudicii secunda ad electionem, vel est effectus praecipiva de mediis, vel est solum iudicativa. Si hoc secundum, non potest in ea consistere Praedestinatio, quod secundum; D. Th. est praecipiva. Si vero primum, non erit illa: nam illa formalitas erit imperium.

rium. Quod autem hoc imperium adaequate distinguitur a iudicio, vel solum inadaequate, parum refert.

XVI. Tertio probatur conclusio. Praedestinatio debet consistere in actu efficaciter ordinativo mediorum ad salutem, effectiva executionis, qui respiciat media, ut causantis in executionem finem; at hic actus est imperium, non iudicium; ergo &c. Maj. pro prima parte probatur. Efficacia ordinativa mediorum debet explicari per has voces *fac hoc*; sed hoc habetur per actum imperii, non per actum iudicii; quod solum explicatur per actum sententiae, & iudicativae, nempe *hominem esse facere hoc*; ergo &c. Pro secunda parte prob. Min. Iudicium electionem praecedens respiciat media, ut effectus finis, quia etiam propter finem, & causa finis eliguntur; solum autem incipiunt esse causa finis, quando pro executione imperantur; ergo &c.

S. IV.

Repelluntur militantis contra dicta.

XVII. Obijcies primo. Praedestinatio est pars Providentiae; sed haec non consistit in solo actu imperii, sed etiam in rectitudine consilii, & iudicii, ut docet D. Th. 2. 2. q. 49. art. 6. ad 3. ergo &c.

Resp. dist. min. sed haec essentialiter sumpta non &c. nec min. haec adaequate, & late sumpta, conc. min. Et hoc intendit D. Thom. laudatus. Providentia, sicut & Praedestinatio sumi potest dupliciter; nimirum stricte, & essentialiter, & sic solum dicit actum imperii, supponentis tamen omnia praedicta, quia Providentia, sicut & prudentia de suo formaliter, essentialiter, & characteristico conceptu, quod ab Eubulia, & Gnome distinguitur, dicit esse efficaciter praecipivam, & ordinativam mediorum. Sumi etiam potest Providentia adaequate pro tota serie actuum, quae ex parte rationis ad Providentiam concurrunt, etque inferuntur; & hoc modo includit, & adiunctam habet Eubuliam bene consultativam, & Gnomem bene iudicativam; sed sit de secundo modo se habent ad prudentiam, vel Providentiam, ut ex D. Thoma 1. 2. q. 57. art. 6. dicemus.

XVIII. Secundo obijcies. In eo actu formaliter consistit Providentia, qui est causa effectuum proviforum, quia Providentia Divina est certa, non solum certitudine scientiae, sed etiam certitudine causalitatis, ut docet D. Thom. loquendo de Praedestinatione 1. p. q. 23. art. 6. & alibi; sed imperium sublequens electionem non potest esse causa effectuum proviforum; ergo &c. Min. prob. Tum quia Imperium periclitatur ad scientiam visionis, quae non causat, sed supponit suum objectum. Tum quia effectus Providentiae constituntur futurum ex vi electionis: quia media efficaciter electa infallibiliter erunt; ergo imperium sublequens electionem non facit illos futuros, sed futuros supponit.

Resp. neg. min. Ad primam prob. dico, quod licet scientia visionis purae contemplativa non sit factiva subiecti, bene tamen scientia visionis practicae. Neque hoc derogat rationi intuitivis, ad hanc enim non requiritur, quod ejus objectum praesentiat, sed quod illi in eodem instanti in quo, seu durationis coexistat. Cum ergo imperium esto ut causa praecedat prioritate de quo, & naturae effectus proviforum, illi tamen pro eodem instanti in quo, & durationis coexistant; ideo potest esse causa illorum, & simul scientia visionis.

Ad secundam prob. min. dico, ex vi electionis effectus Providentiae constituit quidem futuros affective, inchoative, & in via executionis; sic enim constituntur futuri per actum imperii, & usus. Quare, si per impossibile post electionem non sequeretur imperium, media dicerentur quidem inchoate futura, non tamen consummate, & complete.

XIX. Tertio obijcies. Hoc imperium in Deo non datur. Si enim datur, cui imperat? Creaturus? Non: quia ab aeterno non sunt imperium autem fundatur in dominio, unde si ab aeterno Deus non dicitur Dominus creaturarum, quia haec ab aeterno non erant: neque potest in illas, ab aeterno imperium exercere. Deo? neque minus: quia Deus nulli sublebit imperio; nec sibi ipse multare potest, quia sibi ipse inferior non est.

Resp. imperium hoc, seu ordinationem ad exequendum, proprie intimare, & imperare, non Deo, sed creaturis, ad easque dirigi, intimando eis executionem rerum a Deo electarum tempore statuto. Eius autem, creature ab aeterno in propriis mensuris non exstant, sunt tamen capaces imperii aeterni Dei. Neque enim imperium Dei supponit, quibus imperet, sed imperando facit, quia omnia imperio suo efficit: Deus enim vocat ea, quae non sunt, tanquam ea, quae sunt. Rom. 4. v. 17. Super quae D. Thom. quod dicit (inquit ibi lect. 4.) vocat ea, quae non sunt: non intelligitur de vocatione temporali, sed de vocatione Praedestinativa aeterna, quae vocatur, & eliguntur, etiam qui non sunt ac se esse. Ephes. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. Non sequitur tamen, quod si imperium fit ab aeterno, etiam creature ab aeterno sint, sed solum pro tempore, quo earum executio imperata est. Neque enim imperium Dei fundatur in exercitio, sed in potestate domini, & superioritate, quae consistit non in actione externa, & temporali, quae ad exercitium domini requiritur, sed in interna locutione Dei, quae ab aeterno loquitur, praeparat, & disponit, quae in tempore futura sunt.

XX. Quamquam dici potest, imperium posse concipi in Deo, etiam respectu actuum divinorum. Sicut enim concipimus in Deo unum actum moventem, & alium quasi ab eo moventem.

tum, iudicium dirigens electionem, & hanc ab eo directam, unum regulantem, alium regulatum: unde Mendizet docent, Deum in decernendo dirigi, & regulari per scientiam mediam quare dici non poterit, secundum nostrum modum concipiendi, esse in Deo actum per modum imperantis, & actum per modum imperati? Ita plane. Non ita tamen, ut ratio hae imperantis, & imperati cadat supra actus Dei in se, sed ut connotantes objecta. Sicut enim, cum dicimus, in Deo esse intentionem finis, iudicium de mediis, electionem &c. non loquimur ex parte actuum, sed objectorum; ita, cum videmus objectum ordinatum ad executionem, dicimus, adesse in Deo actum imperantem, & actum exequentem, quod imperium est: quod nullam superioritatem, aut inferioritatem inter actus Divinos admittimus, sed solum dependentiam inter objecta.

XXI. Quarto obijcies. Si ponatur Praedestinatio in actu imperii, primus effectus Praedestinationis cadet sub merito: quia quodcumque actus, in quo essentialiter consistit Praedestinatio cadit sub merito, omnis effectus Praedestinationis cadit sub merito; sed actus imperii, cum supponat merita praevia, & electa, cadit sub merito; ergo &c.

Resp. neg. assumptum: Ad prob. Dico, imperium supponere quidem merita praevia, sed solum via intentionis, in quo ordine sunt potius effectus, quam causas, & moventis. Unde non sequitur, quod imperium cadat sub merito, nec quod Deus ad imperandam executionem moveatur a meritis, sed solum quod ab illis moveatur ad exequendum, quia in hoc ordine sunt causa. Sic exemplum. Dum infirmus ex amore sanitatis imperat sibi summationem medicinae, supponit utique medicinam a se praeviam, & electam: & tamen causa, & motivum, quare eam imperet, non est medicina, sed amor finitatis. Sic Deus, dum imperat executionem mediorum, quibus homines salventur, supponit media, nempe merita a se praevia, & electa: & tamen ad haec imperanda non moveatur a meritis, sed unice a sua misericordii voluntate dandi gloriam illis, quos praedestinavit, ex qua ortum fuit, ut eligerentur media, nempe merita, & quod merita electa executioni suo tempore Divino imperio destinarentur.

QUESTIO II.

De Existentia & Essentia Providentiae Praedestinativae.

Explicita existentia, & natura Divinae Providentiae generatim acceptae, sequitur explicanda Providentia specialis, quae Deus specialiter providit, & ab aeterno disposuit de Creaturis rationalibus in ordine ad eorum finem supernaturalem, nempe aeternam salutem, quae vulgo Praedestinatio nuncupatur. Arcanum adeo secretum, ut coegerit Paulum, postquam illud scrutari conatus fuit, tandem exclamare, Rom. 11. v. 33. O altitudo divinarum sapientiae, & scientiae Dei; quae incomprehensibilia sunt iudicio ejus, & investigabiles viae ejus! Quis enim cognovit sensum Domini? aut quis consiliaris ejus fuit? Quapropter ad illud tractandum summa reverentia Studiosus debet accedere, mentemque, ac linguam religiose praeparare, ne quae non capere, ea carpat, sed admittat, & quasi factum Dei Mentem Moysi instar confecturatur, impuros praevitios, & affectuum calceos exuat, fundatque non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ab sobrietate. Rom. 12. v. 3. In praesenti ergo quaestione exponemus, an sit Praedestinatio, & quid sit: causas vero ejus, & effectus in sequentibus investigare conabimur.

DEFINITIO.

An Homines Praedestinentur a Deo?

S. I.

Praedestinatio nomen.

I. Praedestinatio, si nomen species, constat ex propositione pra, & nomine desinatio. Iuxta autem pra non significat solum prioritatem dignitatis, ut voluit Catharinus, putans, Praedestinos dici eos, qui pra aliis salvandis electi sunt ad altiorum sanctitatis gradum, ut B. Virginem, Apostolos, aliosque eximios Sanctos; sed prioritatem durationis, quatenus Praedestinati dicuntur, quia ante constitutionem mundi, seu ab aeterno destinati sunt ad gratiam, & ad gloriam.

Porro iuxta desinatio duo significare potest. Vel designationem interuam, quae aliquis in mente, & corde suo ordinat, & statuit, aliquid se futurum: quomodo intelligitur illud 2. Machab. 6. v. 20. ubi de Eleazar dicitur: Desinavit, non admittens illud propter vitam amorem. Et illud 2. Cor. 9. v. 7. Quisquis pro se desinavit in corde suo, id est, statuit. Quare desinatio hoc modo sumpta non dicit solum actum intellectus, sed includit etiam propositum, & decretum voluntatis statuentis.

Alio autem modo ly desinatio indicat designationem externam (quae est effectus designationis aeternae) quae aliquis designat, seu mittit ad exequendum id, quod interius statutum, & ordinatum est: quod pacto sumitur illud 1. Machab. 1. v. 14. Et destinaverunt (id est, miserunt) aliqui de populo, & abierunt ad Regem. Et illud 1. Cor. 4. v. 9. Eritis autem, quod Deus nos Apostolos novissimos ostendit, tanquam mundi desinat, id est, ad mortem missos. Hoc exponit D. Thom. 3. 6. de verbe. art. 1. dicens: Desinatio, unde nomen praedestinatio assumitur; imperat directionem alioquin in finem: unde aliquis dicitur nuncium destinare, qui eum dirigit ad aliquid faciendum: & quia illud, quod proponimus, ad executionem dirigitur.

ma: dicitur definare, secundum illud 2. Mach. 6. de Eleazar, qui definauit in corde suo, non admittere illicita, prospera vita amorem. Sed hoc proprietas, prae, que adiungitur, adiungit ordinem ad futurum. Unde cum definare non sit, nisi quod est, praedestinatio nomen frequentius, & in D. Th. Quare Praedestinatio non pro externa, & temporali, sed pro interna, & aeterna usurpatur, nimirum pro aeterno statuente, & praedestinante creaturam ad finem.

II. Observat insuper D. Th. Iudatus, quod est Praedestinatio sub Providentia collocetur, ab ea tamen distinguitur. Providentia enim dicitur universaliter ordinacionem in finem: unde de se extendit ad omnia, quae a Deo in finem aliquem ordinantur, sive sint rationalia, sive irrationalia, sive bona, sive mala: Praedestinatio autem respicit tantum illum finem, qui est principalis rationali creaturae, ut scilicet gloriae, quae est praedestinatio non est, nisi hominum, & eorum, quae spectant ad salutem. Ita S. Doct. Et quia inter omnes creaturas univere specialissime a Deo designantur, quae ad gloriam destinantur: hi enim per antiquissimam signati dicuntur Apoc. 7. v. 4. numerum numerum signatorum censum quadraginta quatuor millia signati: & ad Ephes. 1. v. 13. Signati estis spiritu promissionis Sanctae, qui est pignus hereditatis nostrae: propterea ex usu communi Theologorum Praedestinatio nomen restringitur ad aeternam ordinacionem, & praeparationem Dei, quae aliquos designavit, & definauit ad vitam aeternam. Et de Praedestinatione sic accepta quaerimus, an de facto detur?

Nox tamen, Praedestinationis nomen aliquando sumptum fuisse etiam pro destinatione ad poenam. Sic Concilium Valemianum 3. sub Iohanne anno 857. cap. 3. fideret (inquit) foveret praedestinationem electorum ad vitam, & praedestinationem impiorum ad mortem. Et in hoc sensu usurpavit etiam S. August. lib. 15. de Civ. Dei c. 1. ubi duas Civitates, seu civitates hominum distinguit, quarum una est, quae praedestinata est in aeternum regnare cum Deo, altera aeternum supplicium subire cum Diabolo. Nihilominus in toto hoc Tractatu pro sola destinatione ad gloriam eam accipiemus, in quo sensu eam accipit Apostolus Ephes. 1. v. 5. Qui praedestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum secundum propositionem voluntatis suae.

S. II.

Circa existentiam Praedestinationis errores varii.

III. Praedestinationem sic explicatam primo negaverunt Aeterni, & Epicuri, qui negantes animae immortalitatem, & consequenter negabant, Praedestinationem ad aeternam vitam: de quibus dicitur Sap. 2. v. 22. nescierunt Sacramenta Dei, neque mercedem speraverunt iustitiae, nec iudicaverunt bonorum animarum iustitiam.

Praedestinationem quoque non agnoviss, credendi sunt Gentiles illi, qui vel in totum Dei Providentiam negaverunt, vel saltem ab hisce inferioribus subtraxerunt, de quibus loquitur David Psalm. 93. v. 7. & dixerunt (inquit) non videtur Dominus, nec intelligit Deus Jacob. Et Job cap. 22. v. 14. in persona ipsorum ait: Nubes latibulum ejus, nec vestra considerat: & circa cordibus Calii perambulat.

Praedestinationem insuper e medio sustulere Valentinus, & Basilides secundi saeculi heretici, qui referente Clemente Alexandrino lib. 5. ferebant. assererant, dari homines natura fideles, & natura electos, & salvos: Quid vero de Praedestinatione sentirent Pelagius, & Caesellius, facile capti est. Is enim, Aug. teste lib. de gestis Pelagii c. 3. Omnes (dicebat) voluntate propria regi, zelumque Deum neminem regat, & seculum scriptum sit: saltem fac populum tuum (ita infert S. Augustinus). Et Caesellius ibid. cap. 35. assererat, quod *Villoria nostra ex Dei non sit adiutorio, sed ex libero arbitrio*. Ex quibus liquet, quid de divina electione ad gloriam cogitarent hi duo heretici; qui totum salutis negotium a solo libero hominis arbitrio pendere, docebant.

IV. Qui apertius contra Praedestinationem, & contra S. Augustinum aliter clamare ceperunt, fuerunt Semipelagiani, seu Massilenses, ut constat ex Epistolis Prosperi, & Hilarii ad August. quasi quod, ea postea, liberum eventeretur arbitrium, tolleretur necessitas correptionis, & omnia fatali quadam necessitate evenirent. Ad istorum querelas sedandas scriptis S. Augustinus libros de Praedestinatione SS. & de dono Perseverantiae. Sed de his inferius, dum de causis Praedestinationis tractabimus.

Alii propterea, ut Semipelagianismum declinarent, in extremum errorem impeerunt, Praedestinationem admerferunt, sed talem, ut liberum in homine arbitrium extinguerent, omnia ut fuissent a Deo statuta, necessario sic eventura dicerent, ut hominem inevitabili ordine secum raperent, omnialiter agendi ab eo dempta potestate. Propterea Praedestinatio appellati fuerunt. Sunt qui hereticos illos nunquam revera extulisse autem; sed hoc nomine pro contemptum, ac injuriam a Semipelagianis traductos, ac infimulatos fuisse D. Augustinum discipulos. Ita Janfenius de Haeresi Pelagianam lib. 2. c. 33. Si enim, ait Janfenius, Praedestinatio haeresis exorta fuit, hoc fuit, referentibus Hincmaro Remensi (apud Ilo-dordum lib. 3. histor. Rem. c. 14.) in Epist. ad Nicolaum Paganum, & Sigeberto anno 415. Mirum autem est, cur nec Augustinus, nec Prosper ulium istius haeresis mentionem in omnibus suis scriptis fecerint, nec illam revocent, ac confutarent. Respondentur quidem Massilensium obiectis, hunc errorem ex Praedestinatione Augustiniana inferri clamantium: sed

aliquos, qui hunc errorem de facto tenuerint, non memorent; nec poli illos illum Catholicorum Scriptorum reperire est, qui ante Hincmarum, & Sigebertum ejusdem meminerint. Ad hoc eo magis movetur, quia primus omnium, qui dogmata Praedestinationum recevit, fuit Genadius Massiliensis Presbyter Semipelagianismi nota non leviter asperus, Augustinus & Prospero peritissimus: Horum primus (lib. de Script. Illustribus) dicit in multiloquio peccasse: Secundum carpit, quod Caesarii opuscula (in quibus errores de gratia continentur) quae Ecclesia Dei salutaria probat, ille infamans notavit. Hanc de suo Semipelagianismo auxit suspicionem Genadius, quod in suo de haeresibus libello, omnia haeresi Pelagianam, & Semipelagianam, primam ponit haeresim Praedestinationum. Haec Janfenii momenta sunt, quem sequuntur Offerius, Cabassutius, Contentonius.

Cardinalis vero Norfius in sua histor. Pelag. lib. 2. c. 15. cum Janfenio convenit, nullam fuisse Praedestinationum aeternam Sectam: Erii tamen potuisse, ut, cum Semipelagianis contra S. Augustinum argentes, eos errores ex ejus doctrina inferri contenderent, quidam pinguioris Mineruae homines illis assentirent erroribus, cum tamen viri docti ex responsionibus Prosperi objecta illa refellerent. Quare (concludit Norfius) Praedestinatio, si qui fuerit, de ultimum plebe, & quae fundanda secta hanc pariter dixerit, fuisse non dubio, qui cum optimo sentiente de Praedestinatione cum Augustino, adversariorum argumentis ad illa absurda admittenda cogebatur, ut non sponte, sed veluti adacti ex sensu credendi sint; unde Semipelagianii superstitibus, eadem de illis publicaverunt, quo sententia de praedestinatione gratuita ab Schola Pontica eliminaretur. Hae quidem sententiae de praedestinatione hanc opinio. Hae Norfius.

V. Alii vero haeresim hanc revera fuisse sententiam ab Adrumetini Monasterii Monachis primitus ortam, statim ab Augustino sopitam, ad illos misso de correptione, & gentia libro circam annum Christi 427. fide a Eusebio quodam Presbytero circa annum 475. infeliciter revocatum, & auctam. S. Augustinus jam vita functo, iterumque duobus in Conciliis isidem temporibus habitis, Arelatensis nimirum, & Lugdunensi proscriptam, rursus saeculo 9. a Gottschalco, viri natione Germanico, professione Monacho recocitam, a duobus aliis Conciliis, Moguntino scilicet, & Carisfaco damnatam fuisse. De hac opinione, quae hinc temporibus videtur velior, videri possunt Sirmundus tom. 4. ubi historiam Praedestinationum rexit: nosster Alexander Histor. Eccles. saeculi 9. cap. 2. & differ. 5. prop. 4.

VII. At quidquid sit de Praedestinationis antiquis, certum est, saeculo retro proximo lapsa per Lutherum hanc haeresim fuisse renovatam, & per Calvinum, ejusque sectarios ad nostra usque tempora propagatam. Hi enim de aeterna praedestinatione sive ad vitam, sive ad aeternam mortem sic loquuntur, ut, penitus humano arbitrio sublato, omnia Deus arbitrio suo dispensat, aequae facientes eum bonorum, ac malorum operum auctorem. Quae doctrina ipsimet Calvino horribilis visa est. Quare lib. 3. Institut. cap. 23. §. 7. postquam dixit, Deum necdum permittere, ac praedictis hominum lapsus, sed decreto suo immutabili eos decernere, & decretum fuisse a Deo, ut in sua defensione periret Adam, arguens eos, qui id negant, statim subdit: Decretum quidem horribile faceret: inspicere tamen poterit quin praeservaret Deum, quos exitum habiturus esset homo, antequam ipsam condere, & ideo praeservaret, quia decesso suo sic ordinavit. His tamen rejectis.

Vera, & Catholica Praedestinationis notio est, illam ita fieri, ut simul extollatur gratia, & libero arbitrio locus relinquatur, in quo, toto praesenti Tractatu, lumine fidei adjuvati, laboraverimus.

S. III.

Existentia Praedestinationis.

VIII. Deo. Datur in Deo praedestinatio, quae ab aeterno aliquos ad gloriam elegit, & ordinavit. Catholicum hoc dogma tradit aperte Scriptura. Tum Rom. 8. v. 30. Quos praedestinavit, hos & vocavit. Tum ad Eph. 1. v. 4. Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. Et v. 5. Qui praedestinavit nos in adoptionem filiorum. Et ad Rom. 8. v. 30. Creditur quosque orans praedestinari ad vitam aeternam. Hanc veritatem docuerunt, ac statuerunt Concilia, a quibus producentis in re tam certa supersedeo, eandem propugnante Patres, quorum agmen dicit Augustinus, qui pra omnibus pro Divina aeterna Praedestinatione pugnavit.

IX. Existentiam ergo Praedestinationis probat D. Thom. 1. q. 23. art. 1. hac ratione. Quidquid Deus in tempore exequitur, ab aeterno praedestinavit, ac disposuit, cum enim sit summus omnium Provifor, ut 9. praed. ostensum est, omnium eorum, quae in tempore fieri, debuit in mente ejus praerexistere ratio, & ordo ea in suos fines dirigens; sed in tempore Deus plures homines ad vitam aeternam de facto transmittit; ergo talis transmissio ratio, dispositio, & ordo fuit ab aeterno in mente Divina, & consequenter eorum Praedestinatio, quae ut dicemus, nil aliud est, quam ratio transmissio creaturae rationalis in vitam aeternam.

Confirmatur ex eodem S. Thoma ibi. Quoties aliquis non potest naturae suae viribus attingere finem suum, quem tamen asequitur, necesse est, ut ad eum finem ab alio transmittatur; sicut sagitta a sagittario mittitur ad finem, sed Beatitudo aeterna est finis, quem naturae suae viribus attingere nequeunt illi, qui ipsi asequuntur ergo necesse est, ut Deus illos

illos ad eum transmittat. Cujus quidem transmissio ratio in Deo praexistens Praedestinatio nominatur: non definare est mittere. Similitudo autem a sagitta, qua D. Thomas affigit, optima est: sicut enim sagitta, quam non potest se ipsa pervenire ad scopum, indiget eo transmitti a sagittante: ita creatura rationalis, cum suis viribus nequeat ad aeternam vitam pervenire, eget, ut a Deo Praedestinationem illuc transmittatur; Cui non obscure alludit illud Psalm. 126. v. 4. Sicut sagitta in manu potentis, ita filii excussoribus. Super quae Sanctus Augustinus (enarrat in eundem Psalm. n. 9.) De arcu (inquit) excussoribus sagitta, & quanto fortius excussoribus, tanto longius vadit sagitta. Quid autem fortius excussoribus Domini? Sicut ergo Apostoli, quibus aperit illa verba de arcu Domini excussit ad fines terre pervenerunt; ita & creatura rationalis ab eodem arcu Domini excussit, & transmissa perveniet ad finem aeternae beatitudinis.

X. Secundo probatur eadem veritas. Creaturae rationales non possunt perducere ad gloriam efficaciter ex sola voluntate generali Dei salvandi omnes, & praeparante auxilia sufficientia ad salutem; ergo dari debet voluntas specialis hos pra aliis de facto producenti ad gloriam, quae est Praedestinatio. Antecedens probatur. Tum quia ita sentire esset convenire cum Semipelagianis, qui negabant, Deum singulari voluntate, consilio, & proposito velle aliquorum salutem, sed volebant, hanc relinqui cuique ex bono usi gratiae procurandam, neque huic magis, quam illi fructum redemptionis efficaciter ex parte Dei applicari.

Tum etiam quia si voluntas generalis sufficeret, nulla esset ex parte Divina Voluntas differentia inter salvandum, & non salvandum, & tota unius prae alio discretio esset ex illo libero arbitrio, quae scilicet unus pro sua libertate bene uteretur auxiliis communibus, alter non; sed hoc est contra Apostolum 1. Cor. 4. v. 7. dicentem, unum non debere instari contra alium: quis enim te discernit? quid autem habet, quod non accepisti? ergo, &c.

Tum tertio quia si non esset magis a Deo volita salus D. Petri, quam salus D. Pauli, & non salus Jude evenisset praeter ordinacionem, & intentionem Dei, quo posito rueret Dei Providentia, a qua omnia debent esse praordinata, & praescita.

S. IV.

Afferuntur contraria.

XI. Obijcies primo palmare argumentum, vulgo rusticam instantiam nuncupatum. Si praedestinatio meam salutem definit, cum certa, & infufragabilis sit, infallibiliter fortietur effectum; ergo quidquid agam, etiam male, salvabor. Sicut & contra si reprobus sum; etiam in cinere, & cilicio vivam, infallibiliter damnabor. Melius ergo est, ut nihil foicimus sim de bonis operibus, sed deficiat eversus expectem, ut impleatur in me divinae mentis infufragabile consilium.

Argumentum hoc, quod, vel in Epicureorum officina elaboratum, vel Diabolice versutiae inventum puto, olim adeo mentem torfit, & anxie animos quorundam Adrumetini Monasterii Monachorum, ut propter illud quidam (ut Sirmundus supradictis & aliis placet) in Praedestinationem haeresim lapsi sint, putantes, per praedestinationem, & gratiam liberum proflus everti arbitrium; alii vero Semipelagianii facti fuerint, asserentes, Praedestinationem ex nostris bonis operibus, non ex Divina Voluntate proposito efficaciam habere. Vires insuper habet Maximus hinc temporibus hae instantia apud Lutheranos, & Calvinistas, qui ponunt Praedestinationem pro se necessitantem, & evententem humanum arbitrium: non autem in catholica veritate ponent quidem Praedestinationem infallibilem, sed componente cum hac infallibilitate libertatem arbitrii.

Quare in his sic, & argumentum retorquet, querendo ab Auctore hujus argumenti, an homo sic, an Diabolus? Si homo: Quero iterum, an sic loquatur etiam in aliis rebus naturalibus? Deus enim etiam naturales eventus sua providentia praordinavit, qui supposita divina ordinatione certa, infallibiliter erunt, sicut ipse disposuit. Dicit ne ergo sic? Vel Deus definauit, me victurum usque ad mensum, vel annum futurum, vel non? Si definauit: ergo etiam non manducem, vivam. Si non definauit: etiam manducem, non vivam; ergo mihi melius est, ab omni cibo abstinere. Rursus dicit ne Agricola? Vel Deus ab aeterno praedestinavit, me hoc anno collecturum messem tempore suo, vel non? si non; non oportet ergo, ut feram, ut agrum colam. Si sic, sive feram, sive colam, sive non, colligam messem. Vel ergo ob omnibus humanis eventibus Dei Providentia tollenda est, si certitudinem, & infallibilitatem sua humanum studium, & industriam inutilem reddat. Vel si in aliis negotiis, non obstante certitudine Providentiae, homini laborandum est, ut finem, etsi privum, adipiscatur, cur postea praedestinatione de sua salute, sub infallibilitate praetextu, laborem, ac studium pro ea assequenda sibi fore superfluum, existimabit?

Si vero esset Diabolus, qui hoc sophistemat hominem vellet decipere, retorqueri posset in illum eodem modo, quo fertur Monachum quemdam ab eo simili sophistemat tentatum, in eum retorsisse. Vel ego sum praedestinatus, vel non: si sum praedestinatus: cum haec infallibilis sit, salvabor, ac tuarum tentationum machinae dissolvuntur: Si vero non sum praedestinatus: infallibiliter tunc ero: Quid ergo me tentando laboras? quiesce, & abi.

Geit Theol. Tom. I.

XII. Respondet, ergo in forma, dist. antedecens, infallibiliter fortietur effectum per media, quae praedestinatio ordinavit, ut salver, conc. antec. aliter, nego antec. Respondit est D. Thom. hac q. 23. art. 8. ubi querens, an Praedestinatio juvari possit precibus Sanctorum? postquam retulit duplicem errorem. Unum eorum, qui attendentes certitudinem Divinae Praedestinationis dixerunt superfluas esse orationes, vel quidquid aliud fiat ad salutem aeternam consequendam, quia his factis, vel non factis, praedestinatio consequatur, reprobat non consequuntur. Alterum eorum, qui dixerunt, quod per orationes mutatur Divina Praedestinatio: Et haec dicitur fuisse opinio Aegyptiorum, qui ponebant ordinationem aeternam, quam salus appellabant, aliquibus sacrificiis, & orationibus impari posse. Respondet: quod in praedestinatione duo sunt consideranda, scilicet ipsa praedestinatio divina, & effectus ejus. Quantum ad primum nec precibus Sanctorum, nec bonis operibus juvari potest. Nos enim precibus Sanctorum sic, quod aliquis praedestinetur a Deo.

Quantum vero ad secundum dicitur, Praedestinatio juvari precibus Sanctorum, & aliis bonis operibus: quia Providentia, cuius est pars Praedestinatio, sic providet effectus, ut etiam ordo causarum secundarum (per quas effectus habendus est) subiacent Providentiae. Sicut igitur sic providentur naturales effectus, ut etiam causa naturales ad illos ordinantur, sive quibus effectus non proveniunt: ita praedestinetur a Deo salus aliquibus, ut etiam sub ordine Praedestinationis ordinetur, quidquid hominum promovet ad salutem, vel rationes propriae vel aliorum, vel alia bona, vel quidquid injungunt, sive quibus saltem aliquis non consequitur. Unde praedestinatio eorum est ad bona operandum, & orandum, quia per injungunt, praedestinationis effectus certitudinaliter impletur. Propter quod dicitur 2. Petri 1. Satagite, ut per bona opera certam vestram vocacionem, & electionem faciat: Ita S. Thom. Et ita respondendum est.

Ita etiam respondet S. Prosper, seu quisvis Auctor libri de Vocatione gentium cap. 36. Ita D. Fulgentius lib. 1. ad Monimum dicens: Quos praedestinavit Deus ad gloriam, praedestinavit ad iustitiam. Ita S. Gregorius lib. 1. dialog. cap. 8. ubi ad quaelitum; An operibus aliquando precibus possit etiam ea, quae praedestinata non sunt? Respondet: Obtinere nequaquam possunt, quae praedestinata non fuerint: Sed ea, quae sancti viri orando efficiunt, ita praedestinata sunt, ut precibus obtineantur. Nam ipsa quoque parentis regni praedestinatio is est ab Omnipotenti Deo disposita, ut ad hoc electi ex labore perveniant: quatenus postulando mereantur accipere, quod eis Omnipotens Deus ante saecula disposuit donare.

XIII. Brecciter non possum, hanc instantiam aequaliter fieri posse contra negantes Praedestinationem, sed admittentes praescientiam. Num, sicut quod praedestinatum est, infallibiliter erit, ita id, quod praescitum est futurum, infallibiliter erit? Audiendus propterea est S. Augustinus lib. de dono Persever. cap. 15. ita Semipelagianos redarguens: Ista cum dicitur, ita nos a confidenda vera Dei gratia, qua non solum merita nostra datur, & a confidenda secundam eam praedestinatione Sanctorum deterrere non debent: sicut non deterrimus a confidenda praescientia Dei, si quis de illa populo sic loquatur, ut dicit: Sive nunc recte vivatis, sive non recte, tales eritis poitae, quales vos Deus futuros esse praescivit, vel boni si bonos, vel mali si malos. Namquid enim, si hoc audio nonnulli in corpore, sequunturque verantur. . . propterea de praescientia Dei saltem putandum esse, quod dictum est? . . . sicut quidam in nostro Monasterio, qui, corripientibus fratribus, cur quidam non faciendae faceret, & faciendae non faceret? respondebat: Qualicumque nunc sim, talis ero, quem me Deus futurum esse praescivit. Qui profecto & verum dicebat, & hoc vera non praesciebat in bonum: sed usque adeo proficit in malum, ut deserta Monasterii societate heres canis reoritur ad suum veniunt; & tamen adhuc, qualis sit futurus, incertum est. Et postquam ibi conclusit, non ideo negandum esse praescientiam, quia ea mali abutuntur, cap. 17. sic statuit: Ista igitur sua dona quicumque Deus donat, procul dubio se donaturum esse praescivit, & in sua praescientia praeparavit. Quos ergo praedestinavit, istos & vocavit. Quibus infert, tantum abesse, ea inferant, ut per ea perducantur opera nostra tollant, quin nos definauit. Oportuit dicitur hae immorari, quia, quae diximus, toti huic tractatu multam lucem afferunt.

XIV. Secundo obijcies. Si ad salutem consequendam necessaria est praedestinatio, sequitur, Reprobis deesse aliquid necessario requisitum ad salutem, cum Reprobi praedestinati non sint; sed hoc est falsum, alias Reprobitione libere, sed necessario damnarentur, nec eis imputari posset eorum damnatio; ergo, &c.

Respondeo, dist. maj. aliquid requisitum ad effectum consecutionis gloriae, conc. maj. ad posse consequi, nego maj. Licet ergo in Reprobis debeant esse omnia requisita, ut possint consequi gloriam, qualia sunt auxilia sufficientia, non debent tamen in eis esse etiam requisita ad eam in effectu consequendam, alias eam de facto consequerentur. Porro praedestinatio non est requisitum, ut homo possit salvari, sed ut de facto salvetur, sicut donum perseverantiae non est necessarium, ut homo possit perseverare, sed ut de facto perseveret. Quare ex quo circa reprobos non detur praedestinatio, sequitur quidem, quod de facto non salvabuntur, non tamen, quod non possint salvari. Nos enim sunt ista impossibilia: Deus vult istum salvari, & iste dicitur impossibile: Deus vult istum salvari, & iste damnatur. Ita Div. Thom. quaest. 23. de veritat. art. 5. ad 3. Oppo-

fito modo difcurrere de reprobo: Impossibile enim est, quod iste reprobis sit, & salvetur, non tamen, quod reprobis sit, & possit salvari.

S. V.

An aliqui salvandi sint, qui predestinati non fuerint?

XV. Affirmative sentiebant Pelagiani, & Semipelagiani, quibus predestinatio a S. Augustino proposita, & predicata displicebat. Contrarium tenent Doctores Catholici. Noster Catharinus a ceterorum choro resiliere visus est, dum lib. 2. de predest. cap. ult. duplicem salvandorum statuit classem. In una collocat B. Virginem, Apostolos, Patriarchas, & nonnullos alios eximie sanctitatis viros: & hos contendit, sine ulla provisione meritorum singulari privilegio ad gloriam electos, ac predestinatos fuisse, & ita in gratia firmatos, ut ab ea excidere non poterint. In altera vero collocat minoris perfectionis Sanctos, qui salutem, aut jam consecuti sunt, aut tandem consequentur. Hos communiter Providentia relictos, deo cetero salutem consequi per auxilia communia, nullam in deo specialem dilectionem arguentia. Inde autem duo infert. Primum, Predestinatos omnes certo consequi salutem, nec eos quos non sunt, revera ad salutem pervenire, sed non omnes. Hec tamen opinio nulli placere potest.

XVI. Dico ergo, nullum esse salvandum, qui predestinatus non sit, seu solos predestinatos esse salvandos. Probo primo rationibus, quibus superior existentia predestinationis probata est. Secundo ad rem presentem sic evinco. Omnes salvandi sunt de numero electorum; sed omnes electi sunt predestinati, quia in scripturis pro eodem sumitur electio, ac predestinatio; ergo &c. Major prob. 1. Matth. 22. v. 13. & 14. Qui solum vocati sunt, & non electi, mittuntur in tenebras exteriores; ergo qui, quamvis vocati, non sunt de numero electorum, non sunt de numero salvandorum. Secundo prob. Maj. Matth. 24. In die extremo non erunt nisi reprobi, de quibus dicitur v. 40. Tunc plangent omnes tribus Terrae, id est, ait Hieron. in hunc locum, plangent hi, qui municipatum non habuerunt in Calis, sed scripti sunt in terra: Et electi, de quibus dicitur v. 31. & congregabunt electos ejus (Angeli) a quatuor ventis; ergo inter electos, & reprobos non datur medi.

Secundo probatur. Omnes salvandi in extremo judicio erunt a dextris Christi; sed omnes, qui erunt a dextris Christi, erunt predestinati; erunt enim illi, quibus dicit Christus Matth. 23. ver. 34. Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi; ergo &c.

XVII. Dicit Catharinus, observandum esse, quod Christus dicit: paratum vobis regnum a constitutione mundi: non, ante constitutionem mundi. Unde colligitur (ait ipse) aliquibus paratum regnum ante constitutionem mundi: & hi sunt predestinati; aliis vero paratum solum a constitutione mundi: & hi consequentur quidem regnum, non aeterna predestinatione paratum, sed in tempore ipsi comparatum.

Sed contra. Vana enim est hujusmodi meditatio: Nam haec verba a constitutione mundi, & ista ante constitutionem mundi idem omnino significant. Unde id, quod Mattheus dicit a constitutione mundi, Paulus ad Ephos. 1. v. 4. dicit ante mundi constitutionem; & 2. ad Timoth. 1. v. 9. ante tempora secularia. Deinde Deus in tempore, ad initio temporis nihil decernit, quod ab aeterno non decreverit; aut ergo salus eorum, qui secundum Catharinum predestinati non sunt, non est a Deo decreta, & provisio, aut est decreta, & provisio ante constitutionem mundi, seu ab aeterno. Dicere autem, fuisse ab aeterno provisam providentiam tantum communi & generali, non vero specialis, est facere eos, qui est istorum numero sic salvantur, auctores propriae salutis, non Deum, ac fere ex propriis discernere ab aliis, qui sub eadem providentia non salvantur; quod Semipelagianum, immo Pelagianum est, & contra Paulum saepe supra laudatum 1. Cor. 4. v. 7. Quis te discernit? &c.

XVIII. Tertio probatur D. Augustini testimonio, qui perperus est in hac veritate: ideo salvandos salvari, quia predestinati sunt, & ideo non salvandos non salvari, quia predestinati non sunt. Lib. de dono perseverantiae cap. 9. sic ait: ex duobus parvulis originali peccato pariter obstrictis, cur ille assumatur, ille relinquatur, & ex duobus aetate jam grandibus impiis, cur iste ita vocetur, ut vocentur sequatur, iste autem nec non vocetur, aut non ita vocetur, inscrutabilia sunt iudicia Dei. Ex duobus autem piis, cur hunc donetur perseverantia usque in finem, illi non donetur, inscrutabiliora sunt iudicia Dei. Illud tamen fidelibus debet esse certissimum, hunc esse ex predestinatis, illum non esse.

Insuper de predest. ss. cap. 17. ubi de glorificandis postquam ait: Electi sunt itaque ante mundi constitutionem a predestinatione, quae sua futura facta praeservit; electi sunt autem de mundo es vocati, quia Deus id, quod predestinavit, implevit, subdit: Quis enim predestinavit, ipse & vocavit; illa scilicet vocatio, quae secundum propositum non ergo alio, sed quod predestinavit, ipse & vocavit; nec alio, sed quod ita vocavit, ipse & justificavit, nec alio, sed quod predestinavit, vocavit, & justificavit, ipse & glorificavit. Si ergo non alii vocandi, justificandi, glorificandi sunt, quam quos predestinavit, non alii salvi, quam quos predestinavit. Cumque eundem ordinem servet S. Paulus Rom. 7. v. 30. dicens: Quos predestinavit, hos & vocavit; & quos vocavit, hos & justificavit; quos autem justificavit, illos & glorificavit: alium ordinem

salvandorum, qui predestinati non sunt, sibi confingere, ne dum adversatur Augustino, sed Paulo, & verbo Dei. Idem aliis, in locis passim docet S. Augustinus. Cui subscribit S. Fulgentius, qui lib. de fide ad Petrum cap. 36. Firmissima (inquit) tenet, & nullatenus dubitans, omnes, quos vult misericordia gratuita bonitate Deus facit, ante constitutionem mundi in adoptione filiorum Dei predestinavit a Deo; neque perire posse aliquem eorum, quos Deus predestinavit ad regnum: nec quemquam eorum, quos Deus non predestinavit ad vitam, ulla posse ratione salvari.

XIX. Dicit tamen Catharinus, Matth. 30. Vocati, esse non electi, erant in Regno Calorum, licet novissimi, id est ultimum occupatos locum: & contra electi futuri erunt primi, id est primum locum tenentes: Sic erunt: (ut ait Christus) novissimi primi, & primi novissimi: multi enim sunt vocati, pauci vero electi; ergo qui vocati sunt, esse non electi, erunt salvi; licet inter salvos novissimi.

Quod sic urget, Non omnes vocati ad vineam, id est nempse, de quibus dicitur, & primi novissimi, sunt electi, & tamen omnibus a Patre-familias merces rependitur; ergo plures salvantur, qui vocati sunt, non tamen electi.

Respondet, negando id, quod supponit Catharinus, nempe ibi fieri comparationem inter Beatos majores, vel minoris gloriae; cum potius fiat comparatio inter Electos, & Reprobos, qui nimirum vocati quidem sunt, sed non electi, ideoque dicuntur novissimi, non quia in Regno Calorum ultimum locum habituri sunt, sed quia nullum locum in eo sint habituri. Quare Luca 13, qui novissimi dicuntur, ejiciendi sunt foras, eruntque in eorum numero, quibus in extremo judicio dicitur vesio vos, Sicut etiam, qui Matth. 5. v. 19. Minimus vocabitur in Regno Calorum, nullo modo in Regno Calorum futurus intelligitur a S. Aug. lib. 1. de serm. Dom. in Monte cap. 8. & tract. 122. in Joann. his verbis. Ut ostenderet, istos minimos reprobos esse: qui docent bona loquendo, qui solvant male vivendo, non quasi minimos in vita aeterna futuros, sed omnino ibi non futuros: cum dixisset: minimus vocabitur in Regno Calorum: continuis subjectis: dico enim vobis, quod nisi abundaverit iustitia vestra plus quam Scribarum, & Pharisaorum, non intrabitis in Regnum Calorum; Ita S. Augustinus.

Porro quod etiam, qui dicuntur novissimi in Regno Calorum, intelligi debeant, ac exclusi a Regno Calorum, aperte ostenditur: nam secundum omnes Patres fens illius parabolae est, quod Judaei, qui erant primi, id est videbantur sanctiores Genibus, erunt novissimi, id est, nulli futuri sunt in Regno Calorum, juxta illud Christi Matth. 8. v. 11. & 12. Multi ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Jacob in Regno Calorum, sicut autem Regni ejiciuntur in tenebras exteriores. Quapropter S. Augustinus Donatistas (qui gloriabantur dicentes, de nobis dictum est, erunt primi, qui erant novissimi, ad Africam enim Evangelium postmodum venit, de orientibus vero, qui primus quidem fidem susceperant, sed a fide recesserunt, erant, dictum volebant, Erunt novissimi, qui erant primi) ita perstringit: Ipse Dominus de quibus hoc dicit, expressit, & ora calumniarum appellavit: loquens enim de Judaeis (Luca 13. v. 8.) qui ei dicitur sunt: In plateis nostris docuisti: Cum vidisset, inquit, Abraham, & Isaac, & Jacob, & omnes Prophetas in Regno Dei, vos autem expelli foras: & venient ab Oriente, & Occidente, & Aquilone, & Austro, & accumbent in Regno Dei, Et ecce sunt novissimi, qui erant primi, & sanctissimi, qui erant novissimi. Hic certe quod contradicunt, non inveniunt. Haec S. Augustinus.

XX. Ad id, quod urgetur, diff. min. merces eadem omnibus, nempe aeterna, nego min. merces diversa, conc. min. Omnibus quidem laborantibus in vinea merces rependitur, sed non eadem. Is enim, qui primi vocati sunt, & non electi, rependit Deus mercedem suo labori correspondentem, nimirum temporalem in lege promissam per Moysen; & hi fuerunt Judaei; & haec respectu ipsorum venit nomine Denarii, de quo convenerat. Is vero, qui novissimi venerunt, & nempse vocati, sed etiam electi erant, mercedem ultra laborem, & supra debitum, & ex gratia rependit, nempe aeternam promissam per Christum; & haec respectu eorum venit nomine Denarii. Hi autem postremi vocati, & electi, qui evaserunt primi, Gentiles sunt, qui licet novissimi, quia tamen ad fidem, & gloriam electi, Regno Calorum donati sunt; ubi Judaei licet primi, quia tamen solum vocati, sola temporalis mercedis remuneratione dimissi sunt. Voluit ergo Deus erga primos exercere iustitiam, erga novissimos etiam Misericordiam, quia Dominus est, ideoque conuenienter respondit: non licet mihi quod volo facere? subintellige in meis secundum textum Graecum, seu de bonis meis, ut versio Arabica. Videri potest S. Aug. lib. 2. de peccat. mer. & remiss. cap. 18. ostendens, quare non sit culpandus Deus, si aliis placitam mercedem reddens, iustitiam exercuerit, aliis vero etiam non placitam largiendo, voluerit exercere Misericordiam.

XXI. Dicit secundo Catharinus. Si creatura rationis expertes non egent predestinari, ut suos assequantur fines: cur hoc egebit homo? erit ne is deterioris conditionis, quam animalia bruta?

Respondet, Creaturas irracionales ad unicum finem esse determinatas, & hunc naturalem, ac propriis viribus assequibiles, ideoque ex ipsamet actione gerantur. Ad illum inclinant, neque egent ab alio ad ipsam gerantur. Ad homo, & quilibet rationalis creatura, praeter finem naturalem, ad quem ex vi suae conditionis, & naturae dirigetur, alterius finis ordinis altioris capax est, ad quem cum propriis viribus conari non possit,

possit, & multo minus pervenire. eget, ut ad illum ab alio inclinatur: & haec est Predestinatio.

Neque sequitur, deterioris esse conditionis hominem, quam bruta, immo nobilioris, quia praeter finem naturalem communem omnibus, quibus propriis viribus potest adipisci, elevabilis est ad altium altiorum, cunsurrationalia incapacia sunt. Nobilioris autem conditionis est natura, quae potest consequi perfectum bonum, licet indigeat exteriori auxilio ad hoc consequendum, quam naturae, quae non potest consequi perfectum bonum, sed consequitur quoddam bonum imperfectum, licet ad consecutionem ejus non indigeat exteriori auxilio; ut Philosophus dicit in 2. in 2. in Calo 122. 60. Ita D. Th. 1. 2. q. 9. art. 5. ad 2. ibi videndus.

DUBIUM II.

De Essentia, & Objecto Predestinationis.

S. I.

Definitur Predestinatio.

I. Essentiam Predestinationis non melius accipere possumus, quam ex quae ejus definitione. Duplex autem, & utraque communis, in Scholis traditur predestinationis definitio. Una sumpta ex D. Aug. lib. de dono Persu. c. 14. dicitur: Haec est predestinatio Sanctiorum, nihil aliud: Praesentiam scilicet, & preparatio bonissimum Dei, quibus certissime liberantur, qui cumque liberantur.

Praesentiam non intelligitur scientia simpliciter intelligentiae, aut scientia media, sed scientia practica, & approbationis. Praesentiam enim, ut vidimus, est pars Providentiae. Providentia autem includit & scientiam, & voluntatem, sed tamen essentialiter in cognitione manet, non quidem speculationis, sed practicae, inquit D. Th. q. 5. de verit. art. 1. & q. 6. de verit. art. 1. ad 7. quoniam, ubi scientia, in quantum est scientia, non respicit factum, tamen scientia practica respicit factum, & ad eorum scientiam praesentiam reducit. Et ratio eorum suadet. Nam Augustinus intellexit de praesentia, non eorum, quae mere possibilium sunt, aut quae essent, si nonerit aliqua conditio, sed de scientia preparativa eorum, quae revera futura sunt, & quae ipsamet in Electionum cordibus operantur est: Predestinationem quippe Deus ex praesentia, quae fuerat ipse facturus, ait ipse lib. de predest. ss. cap. 10. Tum etiam praesentiam, quae Deus secundum Augustinum praesentia, non invenit dignum, sed facti, ut quae erant (inquit ibi) unde quisque sit dignus, non adferret qui dicitur, voluntate humanae: nos autem dicimus gratia, vel Predestinatione Divina. Rursus praesentiam, quae Deus praesentiam, praesentia de suo, non de nostro: unde citato loco exponens promissionem de dandis Abraham filiis: Non de vestra (inquit) voluntate potest esse, sed de sua Predestinatione. Praesentiam enim, quae ipse facturus fuerat, non quod homines. Et de dono persever. cap. 14. citato, post traditam definitionem Praesentiam, quaerens, cur relictis sint Tyri, & Sidonii, qui etiam credere poterunt, si mira illi Christi signa viderent non respondit: quia praesentia fuerant non operaturi, sed: quoniam, ut crederent, non erat eis datum, etiam unde crederent est negatum. . . . sed nec illis praesentiam poterat credere quia praesentiam non erant ab eo, cuius inscrutabilia sunt iudicia &c. Loquens autem de Judaeis: Nec illa (inquit) obfusse, quod non poterat credere, si ipse praesentiam essent, ut eis dicitur Deus illuminaret, & in dandis cor lapidum vellet auferre. Haec certe de scientia media, quae praesentia de nostro, non possunt intelligi. Tandem non est praesentiam, Augustinus in definitione Predestinationis voluisse inferre scientiam illam conditionatam, quam passim, ut jam vidimus de scientia conditionis in Pelagianis, & Semipelagianis reprobativis.

II. Neque quis reponat, S. Doctorem asserere, quod Deus preparat, ac disponit secundum praesentiam: quod indicat, eum loqui de praesentia antecedente, & regulante dispositionem, & consequenter de scientia media. Nam dico, Augustinum loqui de Praesentia innoxia suae Praesentiam, non vero eam antecedente. Quare de predest. ss. cap. 17. dicit (inquit) sunt itaque ante mundi constitutionem ex predestinatione in qua Deus sua futura facta praesentiam: non quia praesentiam eos creditur, sed quia facturus fuerat ipse credentes. Prius ergo Deus secundum Aug. elegit, deinde praesentiam, deinde preparavit: Non prius praesentiam, deinde elegit, ut Molinistae putant. Praesentiam enim, quam in definitione praesentiam posuit, est actus providentiae, quae, ut dixi, practica est, ac supponens voluntatem finis. Reolatur, quae diximus ostendentes, actum Providentiae non esse actum scientiae mediae.

III. Additur ly preparatio: quae magis explicat, Predestinationem esse scientiam practicum, quae media ad vitam aeternam concomitantem preparatur, & ad executionem diriguntur: & insuper traditur differentia inter predestinationem, & gratiam: scilicet, ut ait idem S. Doct. de predest. ss. cap. 10. inter Predestinationem, & Gratiam hoc interest, quod predestinatio est gratia preparativa, gratia vero ipsa donatio. Differet etiam ly preparatio a praesentia: quia haec, si secundum se spectetur, non dicit aliquis rei preparationem, sed solum rei provisionem: Deus enim etiam peccata praesentiam, quae tamen non preparat, unde D. Th. laudans ibidem: Predestinatio (inquit) est, quae sine praesentiam non potest esse, potest autem esse sine praesentiam praesentiam. Predestinationem quippe Deus ex praesentiam, quae fuerat ipse facturus: unde dictum est, fecit, quae

Etia Theol. Tom. 2.

futura sunt. Praesentiam autem praesentiam est etiam quae ipse non facit, sicut quicumque peccata.

Subjungitur: beneficiorum Dei: hoc est donorum, quae Deus Predestinatis conferit, inter quae numerantur, non solum gratia sanctificans, seu habitualis, sed etiam aliae gratiae actuales, quibus vocantur, excitantur, adjuvantur ad bene operanda, immo ipsa bona opera, quae gloriam promerentur, & praesentiam perseverantiae donum, & tandem ipsa gloria aeterna, quae beneficiorum Dei maximus, & ultimus est, ac praecipuus predestinationis effectus.

IV. Ly vero quibus certissime liberantur indicat, Augustinum hic definire predestinationem hominum, non Angelorum: cum enim Angeli nunquam fuerint sub miseria, dici non possent, quod aliquando fuerint liberati. Indicat etiam, predestinationem hic definitam supponere praesentiam originalis peccati: neque enim creatura rationalis, quae nullius peccati rea concipitur, dici potest misera, & indigena liberatione. Quare S. Augustinus predestinationem non raro vocat discretionem a malis perditionis, ut ep. 194. alias 107. ad Sixtum cap. 2. & contra vero reprobationem nuncupat derelictionem in malis perditionis, ut lib. de corrupt. & gratia cap. 7. ubi agens de iis, qui vel sine baptismo moriuntur, vel in gratia per baptismum accepta non perseverant, ait: Non enim sunt a massa illa perditionis praesentiam Dei, & predestinationis discreti: & ideo nec secundum propositum vocati: ac per hoc nec electi.

V. Demum ly quibus certissime liberantur quicumque liberantur indicat primo, efficaciam predestinationis, & mediorum per ipsam preparatorum, eos, qui predestinati sunt, certissime, id est, infallibiliter liberandos fore, & gloriam consequenturos. Indicat secundo duplicem predestinatum hominis liberationem. Unam inchoatam, & imperfectam, quae incipit in hac vita per fidem, Spem, Charitatem, & Perseverantiam. Aliam consummatam, & perfectam, quae habetur in alia vita per adoptionem gloriae Celestis. Quasi dicit: Qui ante mundi constitutionem Praesentiam, & Predestinati sunt: praedicti fuerunt ad utramque illam liberationem, inchoatam, & consummatam, quia illis nullum in tempore consecutus beneficium, quod non sit effectus aeterna illa predestinationis preparatus: ideoque ibidem S. Aug. de predest. ss. c. 10. Predestinatio Dei (inquit) quae in bono est, gratia est, ut dicit, preparatio: gratia vero est ipsius predestinationis effectus. In qua definitione exponenda diutius immorari sumus. Ea enim, quae diximus, multam lucem afferent iis, quae inferius dicturi erimus.

VI. Alia Predestinationis definitio est, quam tradit D. Th. 2. p. q. 23. art. 1. nempe, ratio transmissivis creaturae rationalis in finem vitam aeternam, praesentiam nominatur. Dicitur ratio: quia demonstrat, predestinationem esse formaliter actum rationis, seu intellectus suo imperio dirigentis, & ordinantis media ad finem, ut supra dictum est. Dicitur transmissivis in finem: quia demonstrat preparatio auxiliorum, quibus praedicti transmittuntur in finem, ut illum infallibiliter consequantur. Dicitur autem transmissivis, id est, aeterna, & trans eorum vires nativae, egent ab alio transmitti, sicut sagitta eget a sagittante transmitti in scopum, ut scopum attingat. Additur ly in finem vitam aeternam: quod indicatur, finem predestinationis esse consecutionem aeternae gloriae, in qua predestinatio completur.

S. II.

De Objecto formali Predestinationis.

VII. Perfectam essentiam Predestinationis notitiam juvabit nosse ejus objectum. Pro quo noto, in objecto predestinationis considerari posse, & Personam, quae predestinatur, seu quae transmittitur ad gloriam, & cui Gratia, & gloria preparatur, quae est finis eius: & insuper media, per quae predestinatus ordinatur ad gloriam: & gloria, ad quam predestinatur, quae est finis sui.

Es quidem Personam esse subiectum predestinationis, cui Deus vult predestinationis effectum, nemo ambigit. Nam Persona est illa, quae dicitur predestinata, sicut paries est ille, qui dicitur visus quare paries est subiectum, seu objectum materiale potentiae vivae. Difficultas est, an Persona dici possit objectum formale Predestinationis, an vero hoc sint media, an gloria?

VIII. Respondet, Personam predestinatam absolute sumptam non pertinere ad objectum formale predestinationis, quia Persona secundum se est indifferens, ut predestinatur, vel reprobatur: sicut paries est indifferens, ut sit albus, vel niger. Ut ergo Persona ingrediatur objectum predestinationis debet induere ordinem ad gratiam, & gloriam: ita, ut in objecto predestinationis quod formale est, sit Gratia, & gloria, quod vero materiale est, seu finis cui Gratia & gloria preparatur, sit ipsa Persona. Cum enim Predestinatio sit providentiae pars, debet dicere utramque respectum: & ad res, quas providet, & haec sunt Gratia, ut medium, & gloria, ut finis aliquid talem medio: & ad Personam, quibus providet, non secundum se, sed ut ordinatas ad finem per talia media.

An vero objectum formale proprium, & specificum, seu immediatum Predestinationis sint media, nimirum Gratia, & alia dona, quae per illam preparantur: an ipsa gloria, propter quam preparantur? Censeo, Predestinationem formaliter sumptam immediate, & proxime esse de mediis, ideoque media esse formale objectum, & finem intrinsecum, ac

